(Le) Sic dedero priuſq̄ credidi uix anno poſt exegi
Nunc ſatagit adducit domum ēt ultro & ſcribit numos
Domo mercedem rettulit. (Li) Dimidio minuſ opinor
(Le) Quid reliquum· (Li) aiebat reddere q̄ extemplo redditu eſſ&
Nam retineri ut quod ſit ſibi operis locatum efficeret
(Le) Sciphos quos utendos dedi philodomo retulit ne·
(Li) Non etiam. (Le) Hem nunc ſi uelis da cōmoda homini amico
(Mer) Perij hercle. iam hic me abegerit ſuo odio. (Li) Huſ
Iam ſatiſ tu audin quę loquit̄. (Le) audio & quieſco
(Mer) Tandem opinor conticuit: nunc ad eam optumum ē priuſq̄ incipit tinnire
Quam mox mihi operam daſ· (Le) ehem optume q̄ dudum tu aduenisti·
Non hercle te prouideram quaeſo ut ne uitio uortaſ
Ita iracundia obſtitit oculiſ. (Me) non mirum factum eſt
Sed ſi domi eſt demenetum uolebam. (Le) negant eſſe intus
Verum iſtuc argentum tn̄ mihi ſi viſ denumerare
Repromittam iſtoc nomine ſolutam rem futuram
(Mer) Sic potius ut demeneto tibi hero praeſente reddam
(Li) Heruſ iſtunc nouit aut herum hic. (Me) hero huic preſente reddam
(Li) Da modo meo periculo· rem ſaluam ego exhibebo
Nam ſi ſciat ſenex fidem non eſſe huic habitam
Subcenſeat qui omnium rer̄ ipſus ſemper credidit
(Le) Non magnipendo ne duit ſi non uult ſic ſine adſtet
(Li) Da inq̄· uah formido miſer ne hic me tibi arbitret̄
Suaſiſſe ſibi ne crederes da quaeſo ac ne formida
Saluum hercle erit. (Me) credam fore dum quidem ipſe in manu heo
Peregrinus ego ſum ſauream non noui. (Li) at noſce ſane
(Mer) Sit non ſit non ædepol ſcio ſi is eſt quem eſſe oportet
Ego certe me incerto ſcio hoc daturum nemini homini
(Le) Hercle iſtum dij omnes perdiunt verbo caue ſupplicassis
Ferox ē· uiginti minas meas tractare ſe ſe
Nemo accepit· aufer te domum abſcede hinc· moleſtuſ ne ſies
(Mer) Nimiſ iraconde non dec& ſuperbum eſſe hominem ſeruum
(Li) Malo hercle iam magno tuo nunc iſti ne recte diciſ
Impure nobili non uides iraſci. (Le) perge porro
(Li) Flagitium hominis da obſecro argentum huic ne male loquat̄
Malum hercle uobiſ queritiſ. (Le) crura h̄cle diffrigent̄ age impudice

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 23r – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/23r)